

NOTITIAE

SACRA CONGREGATIO PRO SACRAMENTIS
ET CULTU DIVINO

— SECTIO PRO CULTU DIVINO —



186

CITTÀ DEL VATICANO
IANUARIO 1982

NOTITIAE

Commentarii ad nuntia et studia de re liturgica editi cura

Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino Sectionis pro Cultu Divino

« Notitiae » prodibunt semel in mense. Libenter, iudicio Directionis, nuntium dabitur Actorum, inceptuum, editionum in re liturgica, praesertim e Conferentiis Episcopalibus vel Commissionibus liturgicis nationalibus emanantium, si scriptorum vel periodicorum exemplar missum fuerit.

Directio: Commentarii sedem habent apud S. Congregationem pro Sacramentis et Cultu Divino, ad quam transmittenda sunt epistolae, chartulae, manuscripta his verbis inscripta NOTITIAE. Città del Vaticano. *Administratio* autem residet apud *Libreria Editrice Vaticana* - Città del Vaticano - c.c.p. N. 00774000.

Pro commentariis sunt in annum solvendae: in Italia lit. 12.000 - extra Italiam lit. 18.000 (\$ 22). Singuli fasciculi veneunt: lit. 1.800 (\$ 2.50) — Pro annis elapsis singula volumina: lit. 20.000 (\$ 25); singuli fasciculi: lit. 2.500 (\$ 3.50).

Libreria Vaticana fasciculos Commentarii mittere potest etiam *via aërea*. Typis Polyglottis Vaticanis.

186 Vol. 18 (1982) - Num. 1

Acta Summi Pontificis

« Familiaris Consortio » Ioannis Pauli II Adhortatio Apostolica 3

Allocutiones Summi Pontificis

Ritornare alla pedagogia eucaristica 14
Cristo culmine e centro dell'Anno liturgico 15
L'Eucaristia sacramento di vita e di salvezza 16
L'evangelizzazione tende al Sacramento 16
L'Avvento atteggiamento del cuore 20

Acta Congregationis

Summarium Decretorum:

Confirmatio deliberationum Conferentiarum Episcopaliū circa interpretationes populares 24
Confirmatio textuum Propriorum Religiosorum 25
Calendaria particularia 25
Patroni confirmatio 26
Incoronationes 26
Missae Votivae in Sanctuariis 27
Decreta varia 27

Studia

Divergenzen in liturgischen Editionen als Hilfe zum Verständnis (Burkhard Neunheuser, O.S.B.) 28
Il Breviario del Codice Cassinese 555 e l'Officio del Corpus Christi (Anselmo Lentini, O.S.B.) 37

Instauratio liturgica

Prélude à l'Antiphonaire romain (Hervé de Broc, O.S.B.) 49
Unione monastica italiana per la liturgia: Antifonale per l'anno liturgico (Paolino Beltrame Quattrocchi, O.C.S.O.) 54

Actuositas Commissionum liturgicarum

España: El domingo fiesta primordial de los cristianos 56

Varia

La généalogie du Christ dans la Liturgie de Noël à Madagascar (Gilles Gaide, O.S.B.) 65

Bibliographica

Il Chrismon del battistero di Albenga (immagine di copertina « Notitiae » (1982) 76

SOMMAIRE

Actes du Saint-Père

L'Exhortation Apostolique «Familiaris Consortio» (pp. 3-13)

A la suite des propositions faites par le Synode des évêques en 1980, cette Exhortation de Jean-Paul II traite des devoirs de la famille chrétienne dans le monde d'aujourd'hui. Les paragraphes reproduits ici concernent plus directement l'aspect liturgique du mariage, sacrement considéré par rapport au Christ, époux de l'Eglise. D'autres traitent de la célébration du sacrement, acte du culte et source de sanctification mutuelle, ainsi que des rapports entre mariage, eucharistie et réconciliation. Le document traite aussi de la prière en famille sous ses divers aspects.

Etudes

Les divergences entre éditions liturgiques (pp. 28-36)

Dom Neunheuser expose comment l'examen approfondi des différences résultant de la comparaison des divers textes liturgiques approuvés peut constituer un moyen certain pour une meilleure compréhension de la liturgie de chaque jour. Il existe, par exemple, des différences entre missel et graduel romains, montrant comment il est possible de choisir entre plusieurs textes pour un même jour. Encore plus intéressantes sont les comparaisons entre l'édition typique latine et les éditions liturgiques en langues vivantes qui en découlent.

L'office du Corpus Christi dans le codex 555 du Cassin (pp. 37-48)

Très probablement d'origine franco-belge et datant de la fin du 13^{ème} siècle, ce manuscrit est un bréviaire bénédictin dont les folios 95 à 100, de différentes écritures, offrent un office complet du *Corpus Christi*. Dom Lentini en donne ici le sommaire, comparé au bréviaire bénédictin en usage jusqu'à Vatican II. On peut supposer que ce bréviaire fut apporté au Mont-Cassin par l'abbé Ayglerius, ami de Thomas d'Aquin auquel il aurait pu demander de composer cet office. Les caractéristiques du texte, qui est celui d'un *sacerdos*, sont d'un grand intérêt pour sa datation.

SUMARIO

Actividad del Santo Padre

La Exhortación Apostólica «Familiaris Consortio» (pp. 3-13)

El Santo Padre Juan Pablo II, recogiendo las propuestas formuladas por el Sínodo de Obispos, celebrado en Roma en 1980, ha dirigido a toda la Iglesia la Exhortación Apostólica «Familiaris Consortio», sobre los deberes de la familia cristiana en el mundo actual. Los párrafos reproducidos tratan del aspecto litúrgico del matrimonio, sacramento relacionado con Cristo esposo de la Iglesia; del aspecto celebrativo del Sacramento, como acto de culto y principio de santificación; de las relaciones entre matrimonio, eucaristía y reconciliación. El documento se ocupa también, del problema de la oración en la familia cristiana.

Estudios

Divergencias en las ediciones litúrgicas como ayuda a una mayor comprensión (pp. 28-36)

El P. B. Neunheuser considera que el examen atento de las diferencias que resultan de la comparación de los varios textos litúrgicos aprobados, puede contribuir a una mayor comprensión de la liturgia de cada día. Así pasa con las diferencias que existen entre el Misal y el Gradual romanos, y que permiten escoger entre diversos textos para un mismo día. Más interesantes son las diferencias existentes entre las ediciones típicas latinas y las versiones en las lenguas vernáculas.

El Oficio del «Corpus Christi» en el codice 555 de Montecasino (pp. 37-48)

El codice Casinense 555, de origen franco-belga y probablemente de finales del siglo XIII, contiene un breviario benedictino, que en sus folios 95-100 ofrece el oficio completo del «Corpus Christi», P. Anselmo Lentini examina dicho oficio, comparándolo con el texto del Breviario benedictino anterior al Concilio Vaticano II. Las características del texto interesan especialmente en vista de establecer la fecha de su composición. Puede suponerse que este breviario haya llegado a Montecasino en tiempos del abad Ayglerio, amigo de S. Tomás de Aquino, al cual habría podido pedir la composición del oficio en cuestión.

SUMMARY

Acts of the Holy Father

The Apostolic Exhortation, «Familiaris Consortio» (pp. 3-13)

The Holy Father, John Paul II, following the proposals made at the 1980 Synod of Bishops held at Rome, has addressed to the entire Church the Apostolic Exhortation, *Familiaris Consortio*, concerning the duties of the Christian family in our world of today.

Some paragraphs of the exhortation reproduced here (No. 13, 55-62, 67) deal rather directly with the liturgical aspect of Marriage. The sacrament is particularly considered in relationship to Christ, the Spouse of the Church. In addition, the celebration of the sacrament is highlighted both as an act of worship and mutual sanctification as well as the interrelationship of Marriage, Eucharist and the Sacrament of Reconciliation.

Also treated is the question of Christian family prayer in its various dimensions.

Studia

Differences between liturgical editions (pp. 28-36)

Fr. Burkhard Neunheuser, the author of this study, holds that the examination undertaken of the differences resulting from the comparison of the various approved liturgical texts can constitute a reliable means for a better understanding of each day's liturgy.

For instance, differences exist between the Missal and the Roman Gradual in regard to the possibility of choosing different texts for the same day. Even more interesting are the comparisons between the Latin, *editio typica*, and the editions of liturgical books in various vernacular languages.

The Breviary of the Cassinese Codex 555 and the Office of Corpus Christi (pp. 37-48)

The Cassinese Codex 555, almost certainly of French-Belgian origin and probably from the end of the Thirteenth Century, contains a Benedictine Breviary which is the object of a current study by Fr. Anselmo Lentini. This Codex offers the entire Office of *Corpus Christi* in different scripts, from pages 95-100. The author presents here a summary, comparing it with the Benedictine Breviary still in use. It is conjectured that the Codex may have been brought to Monte Cassino by Abbot Ayglerius, a friend of St. Thomas Aquinas, whose help he could have asked in composing this Office.

The characteristics of the text, which is that of the *Sacerdos*, are very interesting especially in consideration of its probable date.

ZUSAMMENFASSUNG

Akten des Papstes

Apostolisches Schreiben »Familiaris Consortio« (S. 3-13)

Angeregt von den Vorschlägen (»propositiones«) der römischen Bischofssynode 1980 hat Papst Johannes Paul II. der ganzen Kirche sein Apostolisches Schreiben »Familiaris Consortio« zukommen lassen, welches die Aufgaben der christlichen Familie in der Welt von heute behandelt.

Einige Nummern dieser »Exhortatio« werden hier wiedergegeben (13. 55-62. 67), worin der liturgische Aspekt der Ehe unmittelbar zur Sprache kommt. Insbesondere geht es um die Beziehung Christi zur Kirche als seiner Braut. Dieser Bezug macht das Ehesakrament zu einem Akt der Gottesverehrung und der gegenseitigen Heiligung der Partner und erklärt den Zusammenhang von Ehe, Eucharistie und Bußsakrament.

Große Bedeutung wird dem Familiengebet in seinen verschiedenen Formen beigemessen.

Studien

Divergenzen in liturgischen Editionen als Hilfe zum Verständnis (S. 28-36)

Der Autor Burkhard Neunheuser sieht es als echte Möglichkeit zur besseren Durchdringung der Liturgie eines Tages an, wenn man eventuelle Abweichungen approbierter Texte voneinander bewußt wahrnimmt. So divergieren *Missale* und *Graduale Romanum* durch Auswahl verschiedener Texte für denselben Tag. Vor allem empfiehlt sich aber ein Vergleich von *editio typica* und volkssprachlicher Ausgabe liturgischer Bücher.

Das Brevier des Codex Casinensis 555 und sein Fronleichnam-Offizium (S. 37-48)

Der Codex Casinensis 555 ist wahrscheinlich Ende des 13. Jahrhunderts im Nordosten Frankreichs entstanden. P. Anselmo Lentinis Aufsatz befaßt sich mit dem darin (S. 95-100) enthaltenen benediktinischen Fronleichnam-Offizium. Der Text, der sich im Codex durch besondere Schrift abhebt, ist lückenlos und kann deshalb hier dem bisher verwendeten benediktinischen Brevier gegenübergestellt werden. Man nimmt an, daß ein Freund des hl. Thomas, der Abt Ayglerius, den Codex nach Montecassino gebracht hat. Zu seiner Datierung trug die charakteristische Hervorhebung des »Sacerdos« bei.

**SACRA CONGREGATIO PRO SACRAMENTIS
ET CULTU DIVINO**

– SECTIO PRO CULTU DIVINO –

NOTITIAE

1982

VOL. XVIII

CITTÀ DEL VATICANO

« FAMILIARIS CONSORTIO » IOANNIS PAULI PP. II ADHORTATIO APOSTOLICA

Die 22 novembris 1981, in sollemnitate Domini nostri Iesu Christi, Universorum Regis Summus Pontifex Ioannes Paulus II Apostolicam Adhortationem misit, cui titulus « Familiaris consortio », ad episcopos, presbyteros et fideles Ecclesiae universae, de muneribus familiae christianae in mundo huius temporis.

Placet nobis hic referre ea, quae in nn. 13, 55-62, 67 cum eorum notis inveniuntur, quaeque peculiari modo ad sacram liturgiam spectant.

Iesus Christus, Ecclesiae sponsus, et matrimonii sacramentum *

13. Dei hominumque communio perficitur postremum in Christo Iesu, Sponso, qui amat seque donat ut humani generis Salvatorem, cum illud corpori suo adnectit.

Primigenam matrimonii veritatem Ipse patefacit, veritatem « principii », ²⁷ et hominem a cordis duritia liberando idoneum efficit ut eam veritatem integre exsequatur.

Revelatio haec ad ultimam suam adducitur plenitudinem sumpta natura humana, tum in sacrificio sui ipsius, quod Iesus Christus in Cruce pro Sponsa sua Ecclesia offert. Eo in sacrificio plane reseratur consilium illud, quod Deus humana impressit in viri ac mulieris natura iam inde ab eorum creatione; ²⁸ baptizatorum itaque matrimonium efficitur solidum signum novi aeternique Foederis, Christi sanguine firmati. Spiritus autem, quem Dominus effundit, cor novum largitur aptosque facit virum ac mulierem ad se amandos, quemadmodum nos Christus amavit. Coniugalitatis amor illam attingit plenitudinem, ad quam intrinsecus ordinatur, caritatem scilicet coniugalem, qui peculiaris propriusque est modus, quo coniuges participant ipsam Christi caritatem, qui se donat in Cruce, et vocantur ut vivant ex ea.

* Tituli diversarum paragraphorum sumuntur e textu Adhortationis Apostolicae, linguis popularibus edito.

²⁷ Cfr. Gn 2, 24; Mt 19, 5.

²⁸ Cfr. Eph 5, 32 s.

Verbis merito celebribus Tertullianus luculenter testatus est huius vitae coniugalis in Christo excelsitatem eiusque venustatem: « Unde sufficiamus ad enarrandum felicitatem eius matrimonii, quod Ecclesia conciliat, et confirmat oblatio, et obsignat benedictio, angeli renuntiant, Pater rato habet? ... Quale iugum fidelium duorum unius spei, unius disciplinae, eiusdem servitutis! ambo fratres, ambo conservi, nulla spiritus carnisve discretio. At quin vere duo in carne una; ubi caro una, unus et spiritus ».²⁹

Ecclesia verbum Dei amplexata fideliterque meditata docuit sollemni modo et docet baptizatorum matrimonium unum esse septem sacramentorum Novi Testamenti.³⁰

Nam per baptismum vir et femina semel et in perpetuum inseruntur in Novum Aeternumque Foedus, in sponsale Foedus Christi cum Ecclesia; et ob hanc indelebilem insertionem extollitur intima vitae amorisque coniugalis communitas condita a Creatore³¹ assumiturque in sponsalem Christi caritatem, firmatam ac ditatam redemptrice Ipsius virtute.

Propter sacramentalem matrimonii sui indolem coniuges inter se vinciuntur maxime indissolubili ratione. Quoniam mutuo ad se pertinent, iam revera per signum sacramentale commonstrant ipsam Christi coniunctionem cum Ecclesia.

Coniuges igitur sunt pro Ecclesia recordatio perpetua illius rei, quae in Cruce evenit; sibi vicissim et filiis sunt testes salutis, cuius eos efficit consortes sacramentum. Illius salutiferi eventus matrimonium, sicut quodvis sacramentum, est memoriale et executio et vaticinium: « hoc in memoriali sacramentum illis gratiam tribuit et officium memoriae agenda Dei operum ac de illis testimonii reddendi coram filiis; uti salutis executio tribuit iis gratiam et officium implendi iam nunc inter se et erga filios postulata amoris ignoscentis redemptisque; uti vaticinium gratiam tribuit iis et officium vivendi e spe futurae congressionis cum Christo eamque testandi ».³²

²⁹ Tertullianus, *Ad uxorem*, II, VIII, 6-8: CCL, I, 393.

³⁰ Cfr. Conc. Oec. Trident., Sessio XXIV, can. 1: I.D. Mansi, *Sacrorum Conciliorum Nova et Amplissima Collectio*, 33, 149 s.

³¹ Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 48.

³² Ioannes Paulus PP. II, Allocutio ad Delegatos instituti appellati « Centre de Liaison des Equipes de Recherche », 3 (3 Nov. 1979): *Insegnamenti di Giovanni Paolo II*, II, 2 (1979), 1032.

Quemadmodum singula septem sacramenta, matrimonium verum est signum salutis eventus, tamen proprio modo. « Coniuges id participant, quatenus sunt mariti, quatenus duo, quatenus par efficiunt, adeo ut primus proximusque matrimonii effectus (*res et sacramentum*) non ipsa sit gratia supernaturalis, sed coniugale vinculum christianum, communio duorum proprie christiana, quandoquidem mysterium refert Incarnationis Christi eiusque mysterium Foederis. Elementa autem participationis vitae Christi sunt etiam peculiariora: coniugalis amor secum infert universalitatem, in quam ingrediuntur omnes partes ipsius personae — postulationes corporis et instinctus, vires sensuum et affectuum, desideria spiritus et voluntatis —; spectat ille ad unitatem quam maxime personalem, quae videlicet ultra communionem in una carne sola nihil aliud efficit nisi cor unum et animam unam; poscit vero indissolubilitatem ac fidelitatem extremae illius donationis mutuae et patet fecunditati (cfr. *Humanae vitae*, 9). Paucis verbis de communibus agitur proprietatibus naturalis cuiuslibet amoris coniugalis, atqui nova cum significatione, quae non tantum purificat eas et confirmat, sed etiam tantopere extollit ut fiant declaratio bonorum proprie christianorum ». ³³

Familia, domesticum sanctuarium seu « ecclesiola »

55. Evangelii nuntiatio eiusque in fide perceptio in sacramentali celebratione plenitudinem consequuntur. Ecclesia enim, credens communitas et evangelizans, est pariter populus sacerdotalis, nempe dignitate ornatus particepsque effectus potestatis Christi Summi Sacerdotis Novi et Aeterni Foederis. ¹³⁷

Familia quoque christiana Ecclesiae inseritur, sacerdotali populo: per matrimonii sacramentum, ubi fundatur et unde nutritur, perpetuo a Domino Iesu vivificatur ab eoque instigatur et obligatur ad colloquium cum Deo per sacramentalem vitam, per suae vitae oblationem necnon per precationem.

Hoc est *officium sacerdotale*, quod familia christiana potest debetque exercere, cum universa Ecclesia arcte coniuncta in omnibus eventibus cotidianis vitae coniugalis ac familiaris: quo pacto familia christiana *vocatur ad se sanctificandam atque etiam ad ecclesialem communitatem ac mundum sanctificandum*.

³³ *Ibid.*, 4: *loc. mem.*, 1032.

¹³⁷ Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 10.

**Matrimonium, sacramentum mutuae sanctificationis
necnon celebratio liturgica**

56. Proprius fons et singulare instrumentum sanctificationis coniugum familiaeque christianae est matrimonii sacramentum, quod sanctificantem baptismi gratiam resumit et perficit. Propter mortis et resurrectionis Christi mysterium, in quod christianum matrimonium homines denuo immittit, purificatur coniugalis amor et sanctificatur: « Hunc amorem Dominus, speciali gratiae et caritatis dono, sanare, perficere elevare dignatus est ».¹³⁸

Iesu Christi donum minime totum positum est in sacramenti matrimonii celebratione verum coniuges fulcit in vitae eorum perpetuitate. Istud nominatim memorat Concilium Vaticanum Secundum, cum docet: Iesus Christus « manet porro cum eis, ut quemadmodum Ipse dilexit Ecclesiam et Semetipsum pro ea tradidit, ita et coniuges, mutua dedicatione, se invicem perpetua fidelitate diligant ... Quapropter coniuges Christiani ad sui status officia et dignitatem peculiari Sacramento roborantur et veluti consecrantur; cuius virtute munus suum coniugale et familiare explentes, spiritu Christi imbuti, quo tota eorum vita, fide, spe et caritate pervaditur, magis ac magis ad propriam suam perfectionem mutuamque sanctificationem ideoque communiter ad Dei glorificationem accedunt ».¹³⁹

Universalis ad sanctitatem vocatio ad coniuges similiter et ad christianos pertinet parentes: pro illis definitur e sacramento celebrato et modo *concreto* transfertur in res ipsas coniugalis ac familiaris vitae proprias.¹⁴⁰ Hinc gratia enascitur et necessitas verae altaeque *spiritualitatis coniugalis et familiaris*, quae ad argumenta revocatur creationis, foederis, Crucis, resurrectionis necnon signi, in quibus saepenumero Synodus est immorata.

Christianum matrimonium, perinde ac sacramenta cuncta, quae « ordinantur ad sanctificationem hominum, ad aedificationem Corporis Christi, ad cultum denique Deo reddendum », ¹⁴¹ in se ipso est liturgicus actus glorificationis Dei in Christo Iesu et in Ecclesia: eo cele-

¹³⁸ Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 49.

¹³⁹ *Ibid.*, 48.

¹⁴⁰ Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 41.

¹⁴¹ Conc. Oec. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium* de Sacra Liturgia, 59.

brando profitentur coniuges christiani gratum erga Deum animum suum de praeclaro dono sibi concesso ut iterum vivere valeant sua in exsistentia coniugali ac familiari ex ipso Dei amore in omnes homines et in Domini Iesu Ecclesiam, ipsius Sponsam.

Et sicut ex sacramento in coniuges derivatur donum et obligatio, unde sanctificationem acceptam vivendo cotidie experiantur, ita eodem ex sacramento gratia profluit et morale officium universae eorum vitae transformandae in perpetuas « spiritaes hostias ».¹⁴² Etiam ad coniuges et parentes christianos, praesertim in terrenis his temporariisque rebus, quae eos denotant, verba Concilii adhibentur: « Sic et laici, qua adoratores ubique sancte agentes, ipsum mundum Deo consecrant ».¹⁴³

Matrimonium et Eucharistia

57. Sanctificationis officium familiae christianae primas suas habet in baptismo radices supremamque suam in Eucharistia significationem, cui christianum matrimonium intima iungitur ratione. Concilium Vaticanum Secundum peculiarem necessitudinem extollit intercedentem Eucharistiam inter et matrimonium, praecipiens ut « matrimonium ex more intra Missam celebretur »:¹⁴⁴ prorsus est necesse hanc necessitudinem iterum detegi altiusque perspicere, si quis comprehendere et in vitae usum traducere exoptet gratias et obligationes matrimonii ac familiae christianae.

Fons ipse christiani matrimonii est Eucharistia. Etenim Sacrificium Eucharisticum refert amoris foedus Christi cum Ecclesia, quod Sanguine est illius Crucis signatum.¹⁴⁵ Atque in hoc Novi et Aeterni Testamenti Sacrificio coniuges christiani reperiunt originem, unde promanat interiusque figuratur ac perpetuo vivificatur eorum pactum coniugale. Tamquam Sacrifici amoris Christi in Ecclesiam repraesentatio Eucharistia est fons caritatis. In dono autem eucharistico caritatis familia christiana invenit fundamentum suum ac veluti animam suae « communionis » suaeque « missionis »: efficit enim Eucharisticus Panis variis ex familiaris communitatis membris unum corpus, quod est patefactio et parti-

¹⁴² Cfr. 1 Pe 2, 5; Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 34.

¹⁴³ Conc. Oec. Vat. II, dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 34.

¹⁴⁴ Constitutio *Sacrosanctum Concilium* de Sacra Liturgia, 78.

¹⁴⁵ Cfr. Io 19, 34.

cipatio amplioris unitatis Ecclesiae; communicatio deinde Corporis « traditi » et Sanguinis Christi « effusi » fit inexhaustus fons missionalis apostolicaeque navitatis familiae christianae.

Sacramentum conversionis et reconciliationis

58. Necessaria ac perpetua pars muneris sanctificationis in familia christiana est receptio evangelicae provocationis ad conversionem, quae omnibus adhibetur christianis, qui non semper fideles persistunt « novitati » illius baptismi, quo sunt « sancti » effecti. Neque ipsa christiana familia semper cohaeret cum lege gratiae et baptismalis sanctitatis rursus in matrimonii sacramento declaratae.

Paenitudo ac mutua venia intra familiam christianam, quae in vita cotidiana tantopere frequentantur, proprium sacramentale tempus habent in paenitentia christiana. Quod ad coniuges attinet, ita scripsit Paulus VI in Encyclicis Litteris *Humanae vitae*: « Si autem peccatis adhuc retineantur, ne concidant animo, sed humiles et constantes ad Dei misericordiam confugiant, quam abunde Paenitentiae Sacramentum dilargitur ».¹⁴⁶

Huius sacramenti celebratio vim specialem accipit ad familiarem vitam: dum per fidem intellegunt quomodo peccatum adversetur non tantum pacto cum Deo inito, sed etiam foederi coniugum familiaeque communioni, coniuges et omnes familiae sodales perducuntur ad congressionem cum Deo, « qui dives est in misericordia »¹⁴⁷ quique amorem suum peccato validiorem¹⁴⁸ impertiens, reficit ac perficit coniugale pactum familiaremque communionem.

Oratio in familia

59. Ecclesia pro familia christiana preces fundit, quam etiam instituit ut magnanima cum congruentia vivendo impleat donum officiumque sacerdotale, a Christo Summo Sacerdote receptum. Revera sacerdotium fidelium baptismale, vivendo expressum in matrimonio ut sacramento, coniugibus familiaeque fundamentum praebet vocationis et missionis, ob quam ipsa eorum cotidiana vita transit in « spiritales

¹⁴⁶ N. 25: AAS 60 (1968), 499.

¹⁴⁷ Eph 2, 4.

¹⁴⁸ Cfr. Ioannes Paulus PP. II, Litt. Enc. *Dives in misericordia*, 13: AAS 72 (1980), 1218 s.

hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum »:¹⁴⁹ evenit hoc non tantum per Eucharistiae aliorumque sacramentorum celebrationem et per sui ipsius oblationem factam ad Dei gloriam, sed etiam per precandi consuetudinem perque collocutionem, orationi iunctam, cum Patre per Iesum Christum in Spiritu Sancto.

Familiaris precatio habet suas proprietates. Nam est oratio *communiter facta* a marito et uxore simul, a parentibus una cum liberis. Eodem tempore communio in precatione fructus est ac postulatum illius communionis, quae sacramentis baptismi et matrimonii suppletur. Ad christianae familiae membra adhiberi particulatim possunt voces, quibus Dominus Iesus praesentiam suam pollicetur: « iterum dico vobis: Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in caelis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum ».¹⁵⁰

Singulare argumentum huiusmodi familiaris precationis est *ipsa vita familiae*, quae in universis variisque suis adiunctis explicatur tamquam Dei vocatio et tamquam responsio filiorum appellationi eius efficitur: gaudia et dolores, spes et tristitiae, dies natales et anniversarii, numptiarum iubilaea parentum, profectiones, longinquae commorationes et reversiones, graves et decretoriae electiones, obitus carorum et alii huiusmodi eventus demonstrant Dei amorem in familiae rerum cursu intervenientem ac pariter designare debent tempus aptum ad gratiarum actionem, ad implorationem, ad actum, quo familia fidenter se permittit Patri communi, qui est in caelis. Dignitas autem officiumque christianae familiae ut Ecclesiae domesticae exprimi possunt solum assiduo Dei auxilio, quod sine dubio concedetur, si humiliter fidenterque flagitabitur precatione.

Orationis institutores

60. Ex eorum dignitate ac sacerdotali missione ad omnes baptizatos pertinente, proprium christianorum parentum munus est liberos instruere ad orandum eosque adducere paulatim ad mysterium Dei detegendum et ad colloquendum singulariter cum eo: « Maxime vero in Christiana familia, matrimonii Sacramenti gratia et officio ditata, filii

¹⁴⁹ Cfr. 1 Pe 2, 5.

¹⁵⁰ Mt 18, 19 s.

iam a prima aetate secundum fidem in Baptismo receptam Deum percipere et colere atque proximum diligere doceantur oportet ».¹⁵¹

Primaria necessariaque pars educationis ad precandum est *concretum* exemplum parentum et testimonium, vita comprobatum: dumtaxat una cum liberis orantes pater ac mater, dum suum perficiunt regale sacerdotium, in cordis filiorum veluti penetralia descendunt ibique vestigia relinquunt, quae sequentes vitae eventus exterminare non valebunt. Audiamus denuo Paulum VI parentes exhortantem: « Matres, docetisne liberos vestros christiani hominis preces? Praeparatisne una cum sacerdotibus filios vestros ad primae aetatis sacramenta, Paenitentiam, Eucharistiam, Confirmationem? Assuefacitisne eos, si aegrotant, ut Christum cogitent perdolentem?, ut Virginis Mariae Sanctorumque invocent auxilia? Persolvitisne in familia marialis Rosarii preces? Et vos patres, scitisne una cum liberis vestris cum omni domesticam communitate saltem interdum orare? Exemplum enim vestrum, comitante cogitationis actionisque honestate ac suffragante aliqua communi preces, tantum valet quantum utilis ad vitam schola, quantum cultus exercitatio eximii omnino meriti; sic pacem inferte intra domesticos parietes: "pax huic domui!". Reminiscimini: ita aedificatis Ecclesiam! ».¹⁵²

Oratio liturgica et domestica

61. Inter Ecclesiae preces ac singulorum fidelium orationes alta vitalisque necessitudo intercedit, sicut liquido confirmavit Concilium Vaticanum Secundum.¹⁵³ Praecipuum vero quoddam propositum preces in Ecclesia domestica eo spectat ut filii naturali quodam modo ad orationem liturgicam totius Ecclesiae inducantur, quatenus ii tum componuntur ad eam, tum ambitum vitae personalis, familiaris, socialis illa complectitur. Hinc necesse est omnes christianae familiae sodales pedetemptim participant Eucharistiam, maxime dominicalem et festivam, necnon alia sacramenta, praesertim initiationis christianae filiorum. Directoriae Concilii normae novam opportunitatem familiae

¹⁵¹ Conc. Oec. Vat. II, *Declaratio Gravissimum educationis* de educatione christiana, 3: cfr. Ioannes Paulus PP. II, *Adhort. Apost. Catechesi tradendae*, 36: AAS 71 (1979), 1308.

¹⁵² Allocutio habita in Admissionem generali (11 Aug. 1976): *Insegnamenti di Paolo VI*, XIV (1976), 640.

¹⁵³ Cfr. *Constitutio Sacrosanctum Concilium* de Sacra Liturgia, 12.

christianae praebent, quae inter coetus est annumerata, quibus communitaria celebratio suadetur Liturgiae Horarum.¹⁵⁴ Curabit pariter familia christiana ut etiam domi, ratione quidem suis sodalibus idonea, tempora ac liturgici anni festi dies celebrentur.

Ut autem domi praeparetur et continuetur cultus in Ecclesia celebrandus, familia utitur christiana precibus privatis, quarum magna invenitur varietas formarum: haec varietas, immensas testans divitias, secundum quas precationem christianam Spiritus movet, diversis satisfacit postulationibus condicionibusque vitae illius qui ad Dominum dirigit mentem. Praeter preces matutinas ac vespertinas, expressis verbis suadentur secundum Synodi Patrum monitionem: lectio et meditatio verbi Dei, praeparatio sacramentorum, pietas in Sacratissimum Cor Iesu et consecratio ei facta, variae rationes cultus Beatae Mariae Virginis, benedictio mensae, religionis popularis custodia.

Ecclesia, filiorum Dei libertatem plane observans, nonnullas pietatis formas fidelibus peculiari cum cura et instantia proposuit pergitque proponere: inter quas memoretur oportet Marialis Rosarii recitatio: « Nunc autem, Decessorum Nostrorum proposita prosecutis, perplacet Nobis vehementer marialis *Rosarii* recitationem inter saepta domestica commendare ... dubium non est, quin Beatae Mariae Virginis *Corona* inter excellentissimas atque efficacissimas "communes preces" recensenda sit ad quas fundendas Christiana familia invitatur. Re quidem vera placet Nobis mente eo intendere ac vehementer optamus, ut, cum familiae membra ad precandum una conveniant, *Rosarium* crebro libenterque eo ipso tempore adhibeatur ». ¹⁵⁵ Germana sic pietas marialis, quae arcta coniunctione et magnanima sequela spiritualium sensuum Virginis Sanctissimae declaratur, praestantissimum quoddam instrumentum est ad alendam amoris communionem familiae provehendamque coniugalem ac familiarem spiritualitatem. Illa enim, Christi Mater et Ecclesiae, insigniter etiam familiarum christianarum Mater est, nempe domesticarum Ecclesiarum.

Oratio et vita

62. Par non est oblivisci umquam precationem esse vitae christianae constitutivam et necessariam partem secundum suam integram et intimam naturam; quin immo ea pertinet ad ipsam nostram « hu-

¹⁵⁴ Cfr. *Institutio Generalis de Liturgia Horarum*, 27.

¹⁵⁵ Paulus PP. VI, Adhort. Apost. *Marialis cultus*, 52-54: AAS 66 (1974), 160 s.

manitatem»: est « declaratio prima interioris veritatis hominis, condicio prima germanae libertatis spiritus ».¹⁵⁶

Hac de causa precatio minime significat quasi quandam fugam, quae a cotidianis officiis aliquem abducit, sed vehementiorem impulsu apportat ut christiana familia suscipiat pleneque absolvat munera universa sua tamquam cellulae primae ac fundamentalis humanae societatis. Proinde actiosa communicatio vitae munerisque Ecclesiae in mundo respondet fidelitati atque studio precationis, qua familia christiana fecundae coniungitur Viti, quae Christus est Dominus.¹⁵⁷

Ex vitali cum Christo consociatione, quae Sacra Liturgia nutritur nec non sui ipsius oblatione et oratione, profluit etiam familiae christianae fecunditas in eius proprio ministerio ad progressionem humanam spectante, quod ex se necessario prodest mundo transformando.¹⁵⁸

Sacramentalis celebratio

67. Matrimonium christianum ad normam liturgicam postulat celebrationem, quae ratione sociali et communitaria naturam essentialiter ecclesialem et sacramentalem coniugalis foederis inter baptizatos declarat.

Ut *sacramentalis actio sanctificationis*, matrimonii celebratio — Liturgiae, culmini actionis Ecclesiae et fonti eius virtutis sanctificantis, illigata ¹⁶⁶ — oportet per se sit valida, digna, frugifera. Hic amplius patet campus sollicitae curae pastoralis ut postulationes prorsus impleantur, quae e natura foederis coniugalis, sacramenti dignitate aucti, promanant, atque simul disciplina Ecclesiae recte servetur, quod attinet ad liberum consensum, impedimenta, canonicam formam et ipsum celebrationis ritum. Hic simplex et decorus sit iuxta normas competentium auctoritatum Ecclesiae, quarum est etiam — secundum certa et definita adiuncta temporis et loci atque congruenter normis ab

¹⁵⁶ Ioannes Paulus PP. II, Allocutio habita in Sanctuario vulgo nuncupato « Mentorella » (29 Oct. 1978): *Insegnamenti di Giovanni Paolo II*, I (1978), 78 s.

¹⁵⁷ Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Decretum *Apostolicam actuositatem* de apostolatu Laicorum, 4.

¹⁵⁸ Cfr. Ioannes Paulus PP. I, Allocutio habita ad sacrorum Antistites XII Regionis Pastoralis Foederatarum Civitatum Americae Septentrionalis (21 Sept. 1978): *AAS* 70 (1978), 767.

¹⁶⁶ Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium* de Sacra Liturgia, 10.

Apostolica Sede editis ¹⁶⁷ — si forte res ferat, inducere in celebratione liturgica illa cuiusque cultus humani elementa quae ad exprimendam altam significationem humanam et religiosam coniugalís foederis satius valeant, dummodo in iis nihil insit, quod cum fide christianisque moribus parum conveniat.

Ut *signum* celebratio liturgica ita peragatur ut fiat, etiam quoad exteriorem veritatem, verbi Dei proclamatio et professio fidei communítatis credentium. Pastorale officium hac in re patescet sapienti diligentique cura « Liturgiae verbi » et institutione fidei, iis tradita, qui adsunt celebrationi, imprimis nuptias facientibus.

Ut *sacramentalis actio Ecclesiae*, celebratio oportet liturgica matrimonii christianam associet communítatem participatione plena, actiosa et conscia omnium astantium, secundum uniuscuiusque locum et officium: nuptias facientium, sacerdotis, testium, propinquorum, amicorum ceterorumque fidelium, qui omnes coetui intersunt, qui mysterium Christi eiusque Ecclesiae manifestat et exprimit vivendo.

Quod attinet ad celebrationem matrimonii christiani in regionibus propriis cum cultus humani formis vel traditionibus avitis, principia servantur supra enuntiata.

¹⁶⁷ Cfr. *Ordo celebrandi Matrimonium*, 17.

Allocutiones Summi Pontificis

RITORNARE ALLA PEDAGOGIA EUCARISTICA

*Ex allocutione Summi Pontificis Ioannis Pauli II ad peregrinos mediolanenses, die 15 novembris 1981, in aula Pauli VI habita.**

Tra due anni si celebrerà a Milano il Congresso Eucaristico Nazionale: un Convegno di tale caratteristica è sempre un avvenimento sacro di grande importanza, tanto più quando è a livello nazionale. Esso infatti deve impegnare tutta la Comunità, ed ognuno singolarmente deve sentirsi responsabilizzato per la sua buona riuscita. Ma in che cosa deve consistere tale buona riuscita? Nel contesto della società agnostica in cui viviamo, dolorosamente edonistica e permissiva, è essenziale approfondire la dottrina riguardante l'augusto mistero dell'Eucaristia in modo da acquistare e mantenere integra la certezza circa la natura e la finalità del Sacramento che si può dire giustamente il centro del messaggio cristiano e della vita della Chiesa. L'Eucaristia è il mistero dei misteri, perciò la sua accettazione significa accogliere totalmente il messaggio di Cristo e della Chiesa, dai preamboli della fede fino alla dottrina della Redenzione, al concetto di Sacrificio e di Sacerdozio consacrato, al dogma della « transustanziazione », al valore della legislazione in materia liturgica. Oggi è necessaria prima di tutto la certezza, per riportare al suo esatto posto centrale l'Eucaristia e il Sacerdozio, per valutare nel loro giusto senso la Santa Messa e la Comunione, per ritornare alla pedagogia eucaristica, sorgente di vocazioni sacerdotali e religiose, e forza interiore per praticare le virtù cristiane, tra cui specialmente la carità, l'umiltà e la castità. Oggi è tempo di riflessione, di meditazione, di preghiera per ridare ai cristiani il senso dell'adorazione e il fervore: solo dall'Eucaristia profondamente conosciuta, amata e vissuta si può attendere quell'unità nella verità e nella carità voluta da Cristo e propugnata dal Concilio Vaticano II.

* *L'Osservatore Romano*, 15 novembre 1981.

CRISTO CULMINE E CENTRO DELL'ANNO LITURGICO

Ex allocutione a Summo Pontifice Ioanne Paulo II habita die 29 novembris 1981, ante recitationem orationis « Angelus ». *

« Angelus Domini nuntiavit Mariae, et concepit de Spiritu Sancto ».

Ci concentriamo sul contenuto di queste parole, oggi nella prima domenica d'Avvento.

Questa costituisce l'inizio del nuovo anno liturgico. Si apre di nuovo, dinanzi a noi, la prospettiva del tempo che la Chiesa riempie — anno per anno — con la meditazione del Mistero divino, che opera nella storia dell'uomo e del mondo. L'anno liturgico è una abbreviazione e una sintesi della storia della salvezza, dal suo inizio fino al compimento definitivo. Gesù Cristo, che è il culmine e il centro di questa stessa storia, dà pieno significato alle singole parti del tempo liturgico e conferisce loro il dovuto ordine.

Egli è quel Gesù, la cui venuta l'Angelo del Signore annunciò alla Vergine Maria, ed Ella Lo concepì nel suo seno per opera dello Spirito Santo.

Per opera dello Spirito Santo è consacrato al Padre, in Gesù Cristo, il tempo dell'uomo e del mondo: il suo passato, il presente e il futuro.

Per opera dello Spirito Santo è consacrato al Padre, in Gesù Cristo, quel tempo della Chiesa che oggi, secondo la natura ciclica del tempo umano, assume il suo nuovo inizio insieme con la prima domenica dell'Avvento.

Entriamo in questo nuovo anno liturgico con la fede e con la speranza! Entriamo in esso con quell'amore « che è stato riversato nei nostri cuori per mezzo dello Spirito Santo, che ci è stato dato » (Rm 5, 5)!

Più pienamente ha ricevuto questo dono la Vergine di Nazareth, che per opera dello Spirito Santo è diventata Madre di Dio.

* *L'Osservatore Romano*, 30 novembre - 1° dicembre 1981.

L'EUCARISTIA SACRAMENTO DI VITA E DI SALVEZZA

*Ex allocutione habita a Summo Pontifice Ioanne Paulo II in sacello SS.mi Sacramenti Basilicae Vaticanae die 2 decembris 1981 occasione data primae expositionis sanctissimae Eucharistiae, in dies sollemniter protractae. **

L'Eucaristia è la testimonianza sacramentale della Tua prima Venuta, con la quale sono state riconfermate le parole dei profeti e compiute le attese. Ci hai lasciato, o Signore, il Tuo Corpo e il Tuo Sangue sotto le specie del pane e del vino perché attestino l'avvenuta redenzione del mondo, affinché mediante esse il Tuo Mistero Pasquale giunga a tutti gli uomini, come sacramento della Vita e della salvezza. L'Eucaristia è, al tempo stesso, un costante preannuncio della Tua seconda Venuta e il segno dell'Avvento definitivo e insieme dell'attesa di tutta la Chiesa: « Annunziamo la tua morte, Signore, / proclamiamo la tua risurrezione, / nell'attesa della tua venuta ».

L'EVANGELIZZAZIONE TENDE AL SACRAMENTO

*Ex allocutione Summi Pontificis Ioannis Pauli II ad Coetum Episcoporum regionis Aprutinae et Molisanae in Italia, die 4 decembris 1981 habita. **

L'evangelizzazione non è fine a se stessa; essa tende al Sacramento, come è stato definito in un appropriato documento della Conferenza Episcopale Italiana. Parola e Sacramento rendono attuale ed operante in tutta la sua efficacia la salvezza portata da Cristo. Spesso l'unica occasione di catechesi è la Messa festiva. L'evangelizzazione deve portare alla partecipazione attiva, comunitaria e frequente della celebrazione eucaristica. L'Eucaristia raccoglie i cristiani nell'unità e nella carità e li fa crescere nella loro vita di fede. Nell'Eucaristia tutto il Popolo di Dio trova stimolo e vincolo di quella unità, che fa conoscere al mondo Cristo, secondo la sua preghiera: « Come tu, Padre, sei

* *L'Osservatore Romano*, 3 dicembre 1981.

* *L'Osservatore Romano*, 5 dicembre 1981.

in me ed io in te, siano anch'essi in noi una cosa sola, perché il mondo creda che tu mi hai mandato » (*Gv* 17, 21).

Bisogna far comprendere ai fedeli — e qui il discorso si allarga per tutte le categorie di persone che compongono le vostre comunità diocesane — che l'Eucaristia è il centro della Chiesa e del mondo. Il mondo è destinato ad essere assunto dal Cristo per il Regno celeste. Dice il Concilio a questo proposito: « Il Signore ha lasciato ai suoi un pegno di questa speranza e un viatico per il cammino in quel sacramento della fede, nel quale elementi naturali, coltivati dall'uomo, vengono trasmutati nel corpo e nel sangue glorioso di lui, in un banchetto di comunione fraterna che è pregustazione del convito del Cielo » (*Gaudium et spes*, n. 38). Nell'Eucaristia questo processo di trasformazione pasquale di ogni credente è sempre in atto. Gli elementi della natura e l'impegno dell'uomo, che diventano ogni giorno corpo e sangue del Cristo, sono pegno e garanzia della glorificazione finale dell'uomo, ma anche forza e alimento nel cammino della vita, perché Cristo è vita e risurrezione (*Gv* 11, 25).

In questo senso il culmine dell'evangelizzazione si realizza nell'Eucaristia, in essa infatti si raggiunge la piena identificazione dell'uomo con Cristo: « Vivo autem iam non ego, vivit vero in me Christus » (*Gal* 2, 20). Di tutto ciò voi, venerati confratelli, siete ben consapevoli, ne percepite le più intime risonanze e perciò non tralasciate occasione per ravvivare negli animi la devozione verso la divina Eucaristia, che d'altronde è molto sentita tra le comunità di entrambe le Regioni non solo per la presenza, fin dal secolo VIII, del già menzionato Santuario del Miracolo Eucaristico, ma anche per il ricordo, in tempi assai più vicini, delle solenni manifestazioni popolari in occasione di due Congressi Eucaristici Nazionali celebrati rispettivamente a Teramo nel 1935 ed a Pescara nel 1977, con la presenza di Paolo VI.

Continuate ad adoperarvi perché questa consolante tradizione non venga mai meno nelle vostre popolazioni: siano esse sempre più stimolate a desiderare l'Eucaristia, a riceverla ancora, a farne alimento, gaudio e cardine di un'autentica vita cristiana.

In questo quadro di consolante fervore eucaristico che porta innumerevoli fedeli, soprattutto i giovani, ad accostarsi al banchetto divino, voi non vi stancherete anche di illuminare le coscienze sulle dovute disposizioni con cui essi devono ricevere la Santa Comunione. Dignità, purezza e innocenza sono le principali doti raccomandate da San Paolo alle prime comunità di Corinto: « Chiunque in modo indegno mangia

il pane e beve il calice del Signore sarà reo del Corpo e del Sangue del Signore. Ciascuno pertanto esamini se stesso e poi mangi di questo pane e beva di questo calice; chi mangia e beve senza riconoscere il corpo del Signore, mangia e beve la propria condanna ». Una catechesi sacramentale impostata a dovere non può trascurare un compito così importante. Come voi ben sapete, non è conciliabile con l'insegnamento della Chiesa la teoria secondo la quale l'Eucaristia perdonerebbe il peccato mortale senza che il peccatore ricorra al Sacramento della Penitenza. È vero che il Sacrificio della Messa, da cui proviene alla Chiesa ogni grazia, ottiene al peccatore il dono della conversione, senza cui il perdono non è possibile, ma ciò non significa affatto che coloro che hanno commesso peccato mortale possano accostarsi alla Comunione Eucaristica senza essersi prima riconciliati con Dio mediante il ministero sacerdotale.

